

sep. Barb. lam. in l. conditor ff. de iudic. num. 103. & Bolanus. in Curia Philip. 2. parte. S. paga. num. 2. & parte 1. §. remate. num. 22. (ubi etiam de fidejussore emente bona debitoris, de quo etiam Villadiego, in Politia in via executiva, n. 154. Cancr. variarum. 2. parte. cap. 5. num. 23. & Rodriguez de redditibus. lib. 2. quest. 12. n. 8. & quest. 17. n. 22. & seq. & Menoch. lib. 3. presump. 2. 1.

Item an fidejussor in causa criminali, qui est privilegiatus ne incareretur pro debito civili, possit incarcerari ut talis fidejussor? in quo Castillo in l. 79. Tauri. in fine, & alii tenent posse, & non gaudere dicto privilegio, & ita iudicatum asserit Bobadilla in Politia, lib. 3. c. 15. ex n. 24. ubi num. 27. quandam distinctionem adducit, & eum sequitur Bolanus in Curia, in via executiva, §. prison. num. 13. sed novissime Narbona in l. 14. tit. 2. lib. 6. Recopil. §. 1. ex num. 48. contrariam par em, imò privilegiatum ne possit incarcerari, puta Nobilem, vel alium non posse in carcerari, si fidejubeat in causa criminali, latissime defendit contrariumque convincit evidentissimis fundamentis, referens pro sua opinione Girondam in tractatu de privilegio. q. 173. n. 606. & quest. 252. cap. 33. n. 143. vide etiam Farinac. consil. 85. ex num. 43. & Villar. Silva. respon. 6. ubi quod fidejussor publicani non amittit immunitatem nobilitatis.

Item adde quod fidejussore aliquando recipiuntur periculo iudicis, aliquando verò periculo Tabellionis, de quo videndi sunt Clarus in praxi crim. §. fin. q. 46. Farin. tom. 1. tit. de carceribus, q. 33. n. 88. & consil. 165. lib. 2. Gortierrez de iuris, 1. parte. c. 16. n. 29. Villadiego in Politia, c. 3. n. 288. Bobadilla in Politia, l. 5. c. 15. n. 104. & c. 14. n. 99. qui bene distinguunt, & declarat, asserens quod regulariter fidejussore recipiuntur periculo Tabellionis praterquam in tutelis, & curis, & in negotiis Republice. in quibus periculum est iudicis, & tandem addit quinque casus in quibus Tabellio excofabitur: & Bolanus in Curia Philip. 2. §. p. S. navezames. n. 16.

Item adde quod fidejussor reperit à reo. principali omnia damna, & totum interesse, que sine culpa sua, ex solutione facta proveniunt: Duenas in regula 337. ampliatione 1. Scaccia de comotentiis, §. 1. q. 7. p. 2. ampliatione 8. n. 277. & 287. ubi quod si accipit pecaniam sub usuris ad solutionem faciendam, eas etiam reperit à principali, Antonius Faber. in Cod. tit. de fidejussoribus, diffinitione 2. Tufchum lit. F. conclus. 514. quasi per totam, Gratian. discept. c. 130. n. 28. & 29. Bolanus in Curia Philip. 2. parte. §. cessio. n. 43. & §. intercessio. n. 13. idem Gratianus tom. 1. c. 117. n. 5. ubi quod si fidejussor pro pensione domus tenetur etiam pro deterioratione; & nam 6. docet quod regulariter fidejussor tenetur etiam pro usuris, & accessioibus, de quo etiam Scaccia supra: Sard. in tractatu de aliment. tit. 9. q. 31. ex n. 73. & tit. 6. q. 3. n. 18. & dec. 212. Aviles in e. 1. prator. verbo, Mandado. ex n. 17. & c. 10. verbo, Execucion, n. 40. Beito de locato, & conclusio, in rubrica. 1. p. 5. 4. n. 53. Guzman de evulsionibus. q. 13. n. 64. & seq. Manica de convention. l. 16. tit. 22. n. 47. Barbosin collect. c. perusur. de iudic. §. 19. R. d. leg.

in tractatu de redditibus. l. 3. q. 7. n. 70. Soufa in repetit. §. action. c. 12. n. 34. ubi distinguit inter contractus bonae fidei, & stricti iuris, Salgado de protectione 4. p. c. 9. n. 210. Cancr. variar. 2. p. c. 5. n. 113. D. Larrea omnino videndus de iur. Granat. 37 num. 37. num. 3. & 29. & 30. & allegatio fidei c. 39. numero secundo, & desimo quarto, ubi an fidejussor teneatur ad pœnam?

Item adde quod ille qui tenetur dare fidejussorem, si eum non inveniat, admittitur ad cautionem juratoriam, praterquam si fidejussor requiratur pro forma, ita post alios probat Barbosa in l. divorzio, §. interdum, ex n. 16. & in l. si constante, §. quoties ff. soluto matrimonio, & novissime Salgado in labyrintho. parte 1. cap. fin. per 10. omnia videndus, post Tufchum lit. C. conclus. 166. Cevallos quest. 66. & alios plures ab eodem Salgado relatos, item Salgado de protectione, 2. parte, cap. 4. num. 222. quos vide, & Farinacium quest. 33. & late Castillo de usufructu. cap. 38. per totum.

Item de fidejussore pro dote restituenda, & an maritus illum dare teneatur, vel possit? late Dominus Larrea de iur. Gran. 7. per totam, quem videas, post Gratianum disceptat. cap. 233. ex n. 33. & cap. 712. Cevallos quest. 158. Suarez in tit. de arvis. n. 24. Ouald. ad Doael. l. 15. c. 48. notatis lit. F. Gratianum regula 193. Rodriguez de redditibus. lib. 2. quest. 12. num. 4. Fachinazum lib. 3. controvers. cap. 18. & lib. 8. c. 76. Barbosa in l. maritum ff. soluto matrimonio, num. 81. & in l. si eum dorem, §. transgrediamur, n. 28. & seq. & in l. si constante, num. 20. & seq. & D. Joannes del Castillo lib. 4. controvers. cap. 26. & Richardus §. in omnibus, insitit. de fidejussoribus.


Item quando, & quomodo fidejussor solvens obtinere debeat cessationem, ut sit valida? vide in cap. precedenti, num. 4. & Cancr. variar. 2. parte, cap. 5. n. 148. & seq. ubi an fidejussor cui non sunt cæte actiones, prateratur creditoribus mediis inter solutionem, & fidejussorem, & de credito liberante unum ex fidejussoribus, & reservante cessationem faciendam aliis confidejussoribus, Gratianus discept. cap. 209. num. 30. & seq. & quomodo fidejussor agat sine cellioac, Villadiego in Politia, in via executiva, num. 45.

Item fidejussor condemnatus injuste si sit pauper licet non appeller, potest recedere à debitoribus, ex doctrina Aviles cap. 34. prator. verbo, Pobre, num. 5.

Item de fidejussore ejus qui convenitur in quantum facere potest, Gortierrez de juramento consir. mat. 3. parte, cap. 15. late Ouald. ad Donel. lib. 27. cap. 9. lit. X. Barbosa in l. maritum ff. soluto matrimonio. n. 83. & seq. ubi de assumentem defensionem alterius, & de fidejussore ejus qui impetravit inducias quinquenni; & de quo etiam Farinacius quest. 29. n. 25. & seq.

Et de fidejussore Familiaris Sanctæ Inquisitionis, vel Clerici, an gaudeat privilegio fori? vide quo l. non, Bobadilla in Polit. lib. 2. cap. 18. ex num. 246. Clarus, §. finalis, qua 36. num. 9. late Ceneiam quest. 21. per totam, Farinacium quest. 34. ex n. 100. 25. Gratianum discept. cap. 12.

Et quod possit uti exceptionibus que competunt principali, & in se assumentem defensionem cause, vi late explicatur in Castillo l. 4. controvers. 14. ex n. 38. & 41. & Cancr. variar. secunda parte, c. 5. num. 199.



CAPUT XIV.

De Restitutione Minorum.

SUMMARI A.

- 1 Minor non potest contrahere, & si contrahit competit ei restitutio.
- 2 Mulier an possit restituere, quando dedit ampliam dotem.
- 3 Minor qui amisit rem suam prescriptione, an possit restituere.
- 4 Si minor lesus est in solutione pecunia sibi facta, an possit restituere.
- 5 Si minor renunciavit tacite, vel expresse termino probatorio, an possit restituere.
- 6 Beneficium restitutionis, an transeat ad heredes, contra certum possessorem.
- 7 Infra quantum tempus sit petenda restitutio.
- 8 Qualiter istud beneficium restitutionis proponatur, & deducatur in iudicio.
- 9 An Beneficium restitutionis competens minori, competat etiam ejus fidejussori.
- 10 Si duo vel plures habent rem vel causam communem quorum unus sit minor altero, an restitutio minori concessa, profitur majori.
- 11 An post legitimam aetatem 25. annorum possit minor restituere, quod fecit in minoritate, ut excludatur à beneficio restitutionis.
- 12 Minor an possit impetrare veniam aetatis, & amittat beneficium sibi à jure concessa.
- 13 An, & quando in alienatione rerum minoris quiritur decretum iudicis.
- 14 Si minor vult renunciare, vel desistere acquirere aliquam rem, in qua habebat aliquod jus, an possit sine decreto iudicis.
- 15 Minor potest facere compromissum sine decreto super re immobili.
- 16 An pater possit dare licentiam filio minori ad alienanda bona immobilia sine decreto.
- 17 Si minor in uno loco habet domicilium ratione originis, & in alio loco habet domicilium ratione habitationis, & in alio loco venditur sita est, quis iudex debeat interponere decretum.
- 18 Si minor facit contractum lucrativum, vel onerosum, & juravit, an talis contractus valeat, & teneat.
- 19 An tali contractus juratus transeat ad heredes tam activè, quam passivè.
- 20 Si minor sit lesus enormiter in contractu, & juravit, an possit contractum rescindere.
- 21 An minor, vel ille, qui juravit super aliquo contractu, possit petere relaxationem juramenti.
- 22 Quis sit competens iudex super actu, vel contractu in quo est interpositum juramentum.
- 23 Si minor promissit aliquid, & se obligavit sine causa, & juravit, an teneatur efficaciter solvere.
- 24 An & quando contractus nullus, & invalidus firmetur juramento.
- 25 Contractus annullatur ratione solemnitatis omissæ, & non firmatur juramento.
- 26 Si contractus annullatur favore alicujus persone principaliter propter fragilitatem aetatis, vel sexus, an firmetur juramento.

- 27 Si mulier vendit, vel alienat rem dotalem cum juramento ad instantiam mariti, vel filius renunciat future successioni contemplatione patris aut avi, an contractus possit rescindi, & dicatur factus metu reverentia.
- 28 Qui intellectu caret, non potest contrahere.
- 29 Mentis, & furans prohibetur contrahere.
- 30 Prodigus cui bonus est interdictum, prohibetur contrahere.
- 31 Si quis est notorie prodigus, & non est sibi facta interdictio, an possit contrahere.
- 32 An prodigus cui bonus interdictum est, obligetur juramento.
- 33 An propter animi vitium persona, vel malos mores possit fieri interdictio honorum.

Item principaliter quæro, quæ persone prohibeantur contrahere? & magistraliter, & & reolutivè dico, quod sequentes. In primis prohibetur minor, quod intelligo, & declaro sic: nam si est minor impubes, infans, vel proxima infantia, non potest contrahere nec aliquid actum facere, etiam cum auctoritate tutoris, sed ipse solus tutor debet principaliter actum gerere: si verò est proximus pubertati, potest quælibet contractum vel actum facere, cum auctoritate tutoris, non aliàs, quia tunc habet aliquem intellectum, & hoc quando agitur de se alteri obligando: si verò agitur de altero sibi obligando, & sic de acquirendo, bene potest stipulari, & sibi acquirere etiam sine tutoris auctoritate, textus est capitalis & expressus in leg. fin. §. pupillus, infra isto titulo, textus in leg. contra juris civilis regulas, ff. de pæbis, textus in l. g. pupillus, de action. & obligat. textus in leg. in negotiis, ff. de regul. jur. textus in leg. neo, Codic. de contrab. & committit stipul. textus in l. 1. Cod. de auctor. pres. textus in §. 1. Insit. de auctor. tutor. textus melior, & expressior cæteris in §. pupillus Insit. de inutil. stipulat. & idem disponit lex 4. titul. 1. §. par. unum tamen est quod talis minor pupillus, si est proximus pubertati, obligatur saltem naturaliter etiam sine tutoris auctoritate. Ex quo inferitur, quod potest pro eo intercedere fidejussor, non verò pro infante, vel proximo infantia: quia non obligatur etiam naturaliter, ita probat tex. in leg. 1. fin. de novat. & ibi magistraliter Bart. & communiter Doctores tex. in leg. Marcellus, ff. de fidejuss. si verò minor sit jam pubes, & sic major 14. annorum, distinguendum est, aut habet curatorem, & non potest se alteri obligare sine ejus auctoritate; si verò non habet bene potest se efficaciter obligare civiliter, & naturaliter: alium verò sibi obligare, & sic acquirere indistinctè potest, modò habeat curatorem, modò non, textus est capitalis & expressus in l. si curatorem habens, Cod. de in integrum restit. & ibi Olofred. Petrus, Cynus, Jacob. Butr. Bartol. Alberic. Baldus, Paulus, Salyc. tenet etiam & declarat Baldus in leg. fin. §. si pupillus, infra isto tit. & ibi communiter Doctores idem Bar. in leg. 1. ff. de novat. & ibi Doctores: advertendum tamen, quod in omnibus prædictis casibus, in quibus talis minor impubes, vel adultus cum auctoritate tutoris, vel curatoris, vel sine ea ipso jure obligatur, si sic lesus, potest restituere; tex. est capitalis & expressus, in dist. l. si curatorem habens Cod. de in integrum restit. & per totum illum tit. textus in leg. 1. & per totum ff. de restit. in integrum, tex. in leg. 1. per totam, ff. de minor. tex. in cap. consiliarius, de in Anton. Gomez. Variarum Resol. Tom. II. N n integrum.

integrum restit. & idem disponit l. 5. tit. 11. §. part. & l. 1. & per totum tit. fin. 6. part. imò quod magis est, non solum restituitur propter damnum emergens, sed etiam propter interesse lucri cessantis, text est notabilis in leg. praetor. §. final. ff. de minor. Cujus verba sunt. *Haec certe jure utimur, ut & in lucro minoribus succurratur, & ibi notat & commendat Odofred. Bartolus, Albericus, Baldus tex. in l. omnia eod. tit. & ibi etiam Doctores.* Ex quo primò deducitur, & inferitur, quod si talis minor sit laesus in contractu emptionis, venditionis, locationis, conductionis, societatis, vel quolibet alio contractu oneroso, potest restitui, quod declaro sic: nam si minor vendidit, vel locavit rem quam non debuerat, nec expediebat sibi vendere, vel locare, emere, vel conducere, & sic in totali contractu fuit laesus, restituitur adversus ipsam contractum, ut habeatur pro non facto: si verò sit laesus in pretio, quia vendidit, vel locavit minori pretio quam res valeat, vel emit, vel condixit majori pretio, licet laeso, excedat dimidiam justi pretii, restituitur, non adversus contractum, sed adversus pretium text. in l. g. i. per totum, Cod. adversus venditionem, text. in l. si res, §. 1. ff. de jure dot. tex. in leg. Lucius §. fin. ad municip. tex. in l. 1. §. 2. Cod. de vendit. rer. ab est. lib. 3. idem disponit lex. §. tit. final. 6. part. confirmatur ratione, quia tunc a assert restitutio, quantum abstulit laeso, ut in leg. quod si minor, §. restituitur, ff. de minor. & idem est in quolibet alio contractu oneroso, respective eadem causa, & ratione, & in expresso ita tenet & declarat Glo. a ordinaria in leg. si quidem Cod. de praedis minor. & ibi Bar. & Baldus Glossa etiam ordinaria in l. patri pro filio, vers. praedictum ff. de minor. & ibi Bar. & idem Bartolus in l. 1. Cod. si adversus creditorem, & ibi alii Doctores idem Bar. in leg. si res, §. 1. ff. de jure dot. & ibi Doctores Abb. Panorm. in cap. const. de in integ. restit. fin. quæst. ibi communiter Canonistæ. Secundo inferitur, quod si minor donet aliqua bona sua alteri, potest restitui, præterquam si interveniat aliqua justa causa, ut si donat propter benemerita, vel facit donationem ante nuptias, vel propter nuptias, vel sponsalitiâ largitatem attentâ qualitate personarum, & consuetudine regionis, quia tunc valebit, & non potest restitui, textus est in l. 1. §. 2. Cod. si adversus donationem, & ibi Glossa ordinaria Odofred. Cynus, Baldus, Paulus, Salyc. & communiter Doctores textus in l. cum in plures, §. final. de administr. tutor. textus in l. praedia, Cod. de praed. minor. textus in l. fin. Cod. si major factus.

Tertio inferitur, quod si minor fecit transactionem divisionem hereditatis, vel rei communis permutationem, vel quodlibet aliud pactum vel conventionem, in quibus sit laesus, potest restitui, quod tamen debet intelligi isto modo: nam si his, & in omnibus superioribus casibus contractus fiat super re mobili, quæ potest alienari sine decreto, valet & tenet cum auctoritate tutoris, vel curatoris, sed restituitur si sit laesus. Si verò fiat super re immobili, & non interveniat iudicis decretum, non valet ipso jure, nec est opus restitutione, decreto tamen interveniente, valet mero jure, sed competit restitutio probata laesione, textus est in l. 1. §. 2. Cod. si adversus transactionem, & ibi Glossa ordinaria, Bart. Albericus, Baldus, Paulus Salyc. Ex quo notabiliter subdeducitur, quod si minor fecit com-

promissum, potest restitui, quod declaro sic: nam si fecit compromissum in arbitrio juris, eo ipso videtur laesus, & potest restitui, quia tollitur sibi beneficium appellationis; si vero in arbitrium arbitratorum, non potest restitui, nisi probetur aliqua lesio resultans ex talico compromisso ita probat text. qui sic debet intelligi in l. minor. 25. annorum filios familias, §. minor, ff. de minor. & ibi tenet & commendat Bartol. Alber. Baldus, Fulgos. & communiter Doctores.

Quarto inferitur, quod si mulier minor 25. annorum nubat, & dedit amplam dotem secundum qualitatem & conditionem mariti, & consuetudinem loci, potest restitui, maxime si fecit pactum de dote, vel parte ejus lucranda, vel fecit aliud pactum, quod sibi noceat; textus est bene notandus in l. si ex causa in dote, ff. de minor. & ibi Glossa ordinaria Bartolus, communiter Doctores text. in l. quare, ff. de jure dot. & ibi Doctores, text. in l. unica, Cod. si adversus dotem, & ibi Glossa ordinaria Azo in summa, Odofred. Petr. Cyn. Jas. Bart. Alber. Bald. Angel. Paul. Salyc. & communiter Doctores.

Unum tamen est, quod adversus matrimonium non restituitur, licet nuptiis indigno, vel pauperimo, argumento textus & eorum, quæ ibi notantur, in c. ex parte, de restit. spoliat. & in cap. 1. 29. quæst. 1. & facit auctoritas divina, Erunt duo in carne una; & Quos Deus conjunxit, homo non separet; & in terminis ita tenet Albericus in l. prima, Cod. si adversus dotem, & Jacob à sancto Georgio in l. sine generalis ff. de jure dot.

Quinto inferitur, quod si minor sit laesus in repetitione mutui, quia pecunia sibi mutuata, facilitate vel culpa sua fuit perditâ, potest restitui, ut non teneatur solvere; imò quod magis est, hoc casu præsumitur semper minor laesus, eo ipso quod recepit, nisi per creditorem probetur, quod ex receptione pecunie minor fuit factus locupletior, textus formalis & expressus in l. 1. §. 2. C. si adversus creditorem, & ibi Glossa ordinaria & communiter Doctores. Quod tamen intellige, & declara, quando creditor qui mutuavit, est fenerator, & mutuavit ad usuras, secus vero si simpliciter mutuavit sine aliqua usura, quia tunc minor recipiens pecuniam tenetur solvere, si non probaverit laesionem, & in terminis ita tenet & declarat ibi Petrus, Bartolus, & communiter alii Doctores, ita debet intelligi l. 3. tit. l. 5. part.

Sexto inferitur, quod si minor amisit rem suam prescriptione, potest restitui. In quo articulo ista est brevis & compendiosa resolutio, quod si est impubes minor 14. annorum, nulla præscriptio, nec usucapio contra eum currit, neque est opus restitutione, textus est in l. bone fidei, ff. de acquirend. rerum domin. si verò sit adultus, & sic major 14. annorum, usucapio rei mobilis currit, sed restituitur, textus est in l. unica, C. si adversus usucapionem, sed hodie non currit ipso jure, ut in l. fin. Cod. in quibus causis restit. in integrum non est necess. præscriptio verò rei immobilis non currit tanquam magis præjudicialis, & quia non potest alienari sine credito, text. est in leg. 3. Cod. quibus non obicit. long. temp. præscriptio, & ibi communiter Doctores præscriptio verò triginta vel quadraginta annorum non currit mero jure contra minorem impuberem, sed contra adultum bene currit sine spe restitutionis, quia non potest perici minori ætate, sed in majori, ultra quadriennium, text. est in l. sine in rem, prope finem, Cod. de prescriptione triginta vel quadraginta annorum.

Unum tamen est, quod si in prædictis, casibus talis præscriptio incipit à defuncto, & consummatur in persona minoris bene competit restitutio, text. est in l. unica, Cod. si adversus usucap. tex. in l. etiam ff. de minorib. & utrobique communiter Doctores, & tenet Franciscus Bald. in tractatu præscriptionum, pars sexta patris principalis, vers. 13. casus, & ita probat, & disponit lex penultima, tit. fin. 6. part.

Septimo inferitur, quod si minor sit laesus in solutione pecunie sibi facta, potest restitui: quod intellige, & declara isto modo quod si debitor solvit soli minori sine auctoritate tutoris, vel curatoris, si illum habeat, solutio est ipso jure nulla, & non remaneat liberatus, nisi pecunia sit salva, vel conversa in utilitatem minoris, quia tunc oper exceptionem juvatur, text. est in leg. pupilli, ff. de solut. & ibi Glossa ordinaria & communiter Doctores. Si verò debitor solvit minori eam auctoritate tutoris, vel curatoris ipso jure remanet liberatus, sed restituitur minor, si pecunia sit perditâ, vel consumpta facilius, vel culpa ipsorum, text. est in leg. 1. Codice si adversus solutionem, & ibi Glossa ordinaria & communiter Doctores, & effectus est maximus, quia primo casu minor habet fundatam intentionem suam, & potest agere ad debitum, nisi debitor probet pecuniam stare, vel ex ea esse factum locupletiozem in secundo verò casu, cum debitor sit ipso jure liberatus, minor non potest agere, & iudex poterit ex officio iure repellere, cum expeditur sine aetione, ut in l. si pupilli, §. videamus, ff. de negot. gestis, nisi prius petita, & obrenta restitutione. Si verò debitor solvat eum auctoritate tutoris, vel curatoris, & etiam iudicis, tunc perfectè remanet debitor liberatus, adeo ut licet postea sit perempta, vel consumpta pecunia, culpa, vel facilitate eorum, perfectè remaneat liberatus, & nulla competat restitutio, text. est in leg. ait praetor, §. permittitur, ff. de minor. textus in l. sanctimus, l. 1. Cod. de administr. tutor. tex. in §. at contrario insit. quib. alien. licet vel non, & idem disponit l. 4. tit. 1. 4. 5. part. quod tamen intellige, quando talis debitor solvit coactus, & compulsus per iudicem, quia allegavit creditorem esse minorem, & non esse tutum ei solvere, & hoc non obstante, iudex præcipit ei solvere: ita probat text. in d. l. praetor, §. permittitur, ff. de minor. & ibi Bart. & alii Doctores, & hoc reputat singulare Paul. de Castre, in d. l. 1. C. si adversus solut. Et si quæras, quare decretum & auctoritas iudicis tollit beneficium restitutionis hoc casu, & non in venditione, vel alienatione rerum immobilium minoris, ut in l. si quidem, C. de praed. minor. dic, quod ratio est, quia venditio, alienatio, & alii contractus sunt ex voluntate, solutio verò debiti fit ex necessitate, ita solvit & declarat Gloss. Bart. & communiter Doctores in d. l. ait praetor, §. permittitur, ff. de minor. Odofred. & communiter Doctores in l. 1. C. si ad e. res. solut.

Octavo inferitur, quod si minor solus, curatoris adivit, & acceptavit hereditatem vel eum auctoritate tutoris, vel damnosam sibi delatam ex testamento vel ab intestato, vel lucrosam omisit, & repudiavit, potest restitui, text. est in l. ait praetor, §. non solum, §. l. vers. idolo fin. ff. de minor. text. in l. si sine, §. restituitur, cod. tit. textus in l. quod si minor, §. Scavola, cod. tit. textus in l. 1. §. per totum, C. si minor ab hereditate se abstinerit, text. in l. 1. Cod. si tutor, vel curator intervenierit, text. in l. 1. §. per totum, C. si ut omisiam heredit. textus in l. fin. C. de repud. hered. in l. per. C. de in Anteq. Gomez. Variarum Resol. Tom. II.

integ. restit. & utrobique Doctor. & idem disponit l. 18. tit. 6. part. & in l. 7. tit. fin. 6. part. ex quo dicebat Bald. in d. l. ait praetor, §. non solum, quod si minor acceptavit officium commissariæ, vel executoris testamenti, & ex eo aliquid damnatum patiat, potest restitui.

Nondò inferitur, quod si minor sit laesus in electione, quia deteriozem sibi elegerit, potest restitui, text. est in l. §. si sine vers. 1. ff. de minor. & ibi notat & commendat Bart. Alber. Bald. communiter Doctores, ex quo dicit ibi Bald. quod idem erit in divisione alieno hæreditatis, vel rei inter fratres, vel hæredes, quia si minor optaverit deteriozem partem, potest restitui; locus tamen erit secundum eum, si contingat, vel obveniat sibi in fortem, quia tunc non poterit restitui cum usus fuerit jure communi, & laesio non proveniat ex sui facilitate, sed ex iudicio fortis & adverse fortune, quod est novum, & singulare in practica.

Decimo inferitur, quod si minor omisit, vel renunciat tacite, vel expresse, termino probatorio, potest restitui, text. est in l. minor. 25. ann. ff. de minor. Cujus verba sunt: *Minor 25. annis omisit suam allegationem per in integrum restitutionis auxilium repetere potest, & ibi Gloss. ordinaria Bart. Alber. Bald. & communiter Doctores; imò, quod magis est, hoc po erit facere, post publicatas attestations, ita ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores tenet etiam Bart. notabiliter in l. §. quantocius ff. de non oper. nunc. pen. col. n. 35. & ibi Moderni idem Bart. in l. nam postquam §. si minor ff. de jurejur. 2. colum. & ibi etiam DD. Innocent. in c. auditis, de in integ. rest. & ibi Anton. Abb. Card. Inol. & communiter Doct. idem disponit lex 17. §. 18. in l. de Madrid. & licet de jure communi ista sententia, & conclusio tantum procederet, quando minor nullam probationem fecisset in termino probatorio sibi assignato, nec aliquos testes produxisset propter evidens periculum subornationis, tamen prædictæ Leges Regie disponunt contrarium: quod indistinctè possit restitui post publicatas attestations, ad probationem faciendam, & ita practicitur. Adde tamen, quod hoc casu adversarius etiam major potest similiter uti termino concessio minori ad probationem faciendam, ita disponunt prædictæ leges Regie, & earum decisio confirmatur per textum notabilem in leg. pen. C. de tempore in integ. restit. & ibi Bart. Bald. Paul. & communiter Doctores: confirmatur etiam ex doctrina Bartol. in l. §. nunciatio, ff. de oper. non. nunc. fin. col. & questione. Innocent. & communiter Doctores in c. auditis, de preser. quod limita, & intellige præterquam si talis minor esset Doctor legum, vel advocatus, quia non possit ista restitutionem petere. Gloss. est singularis & unica in leg. professio, Cod. de iur. jur. par. 1. m. 10. ibi reputat singularem Plat. in sine & alii Doctores.*

Undecimo inferitur, quod si minor sit condemnatus per sententiam diffinitivam in causa civili vel criminali, & ea sit laesus errore, vel imperitia iudicis, vel culpa, & facilitate minoris, quia non opposuit, vel probavit exceptionem sibi competentem, vel aliam juris defensionem potest restitui, text. est in l. 1. 2. quæst. & per totum, C. si advers. rem judic. & ibi Gloss. ordinaria textus in l. 1. C. si scriptus in i. reg. rest. post. tex. in l. peremptoria C. sentent. rescin. non pos. & ibi etiam Doctor & idem disponit lex 1. 3. §. 1. tit. 563. part. quod tamen intellige, & declara isto modo quod si minor est laesus in ipsa sententia, quia plene de jure suo non probavit, & iudex eum injustè condem-

navit, intentionem suam fundare in hoc, & petere, ut restitueretur, & iterum recte iudicetur ex eisdem actibus, verò non est læsus in ipsa sententia sed ex eo quod omni sit aliquam exceptionem peremptoriam vel probationem necessariam pro victoria cause, tunc debet restitui adversus sententiam, & omnia alia acta processus, usque ad illam tantum partem, in qua fuit læsus, ut reponatur in illo statu; i a singulariter declarat Bartol. in l. fin. C. advers. rem iudic. Salyc. melius quam alibi in l. ejusdem tit. penul. column. num. 10. idem Bartol. in l. nam posteaquam, §. si minor. ff. de iurejurand. Item adde, si post sententiam est lapsum tempus datum ad appellandum, eo ipso minor censetur læsus, & potest restitui. tex. est in l. 1. Cod. si sapias in integr. rest. postul. & ibi communiter Doctores.

Duodecim inferatur, quod in omni actu & negotio cujuscunque naturæ, & qualitatis, in quo minor lædatur, potest restitui, text. est in l. 1. & per totum ff. de rest. in integr. tex. in l. 1. & per totum Cod. eod. tit. & utrobique communiter Doctores.

*Circa quod tamen se offert pulchrum & notabile dubium, quæ sit ratio per quam in omni acta & in materia ætas pubertatis diminuitur & minoratur magis in femina, quam in masculo, ut patet in suis propriis locis & titulis, sed in adultæ ætate quo ad petendam restitutionem eorum que post pubertatem gesserunt nulla est differentia in ætate, quia imo ambo possunt restitui adversus gesta, infra vigesimum quintum annum: nam constat, quod masculus potest restitui post 14. annum, femina vero post 12. masculus potest contrahere post 14. femina vero post 12. masculus potest delinquere post 14. femina post 12. masculus potest contrahere matrimonium post 14. femina post 12. masculus recipit tutelam usque ad 14. femina usque 12. masculus potest esse testis post 14. femina post 12. in civilibus licet non in criminalibus, ut in l. testimonium, ff. de testimo. masculus potest torqueri post 14. annum, femina vero post 12. masculus potest veniam ætatis impetrare post viginti annos, femina vero post 18. tex. est notabil. & expressus in l. secunda C. de his qui veniam ætatis impetr. & de omnibus dixi suis propriis locis. Et certè ratio vera & mentalis in superioribus casibus est: quia secundum philosophos naturales sexus femininus est fragilior & debilior & à nativitate minoris potentia vitæ virtutis quam masculinus, unde citius recipit perfectionem, iudicium & discretionem, unde merito iustum fuit quod citius, & minori temporis spatio in eo fiat à jure dispensatio, & ad omnes actus legitime personæ eleganter tenet Odofredus, Albericus, Bartolus, Cynus, Baldus, Angelus, Salycetus, Paulus, Fulgositus & communiter Doctores, in l. secunda C. de his qui veniam ætatis impetr. & in hoc assentio & quiescit animus meus: sed dubium propositum restat quæ sit ratio per quam in vita quam persona, tam masculo quam femina ad excludendam restitutionem in integrum, & omnium legitimam personam requiritur ætas viginti quinque annorum: & certè licet congruam rationem per aliquem non inveniam cogitavi quod ratio possit esse: quia primo casu agit de legitimanda persona, & est maximum præjudicium minoris esse remorem & inhabilem ad commercium & negotia sua gerenda. Sed in secundo casu ut ætas legitima extendatur in utraque persona, & sit tam in masculo quod in femina in tempus

viginti quinque annorum ad petendam restitutionem, non agit de legitimanda persona sed solum de beneficio & privilegio extendendo.*

Quæro tamen pro declaratione materiz, quid debeat probare minor, quando petit restitutionem? & breviter dico, quod debet probare se minorem, & læsum. tex. est in l. ait prator §. non solum, et l. vers. mihi autem ff. de minor. Cujus verba sunt. Mihi autem semper succurrendum esse videtur, si minor sit, & se circumventum doceat, & ibi notat & commendat Odofred. Bar. Alber. Bald. tex. in l. non omnia, eod. tit. tex. in l. nam posteaquam, §. si minor ff. de iurejur. & ibi Glossa ordinaria Bar. tex. in leg. minoribus, l. 1. C. de in integr. rest. & ibi Doctores, idem disponit lex. 1. 2. & 6. tit. 6. fin. 6. part.

Item quæro, an beneficium restitutionis in integrum transeat ad heredes? & breviter dico quod sic. textus est in l. non solum, ff. de in integr. rest. & ibi Gloss. ordinaria Bart. Alberic. Bald. & communiter Doctores textus in l. minor, autem magistratus, §. fin. ff. de minor. tex. in l. 3. 4. & per totum, C. de tempor. in integr. rest. peten. tex. in l. Titia ff. de iure dor. & utrobique communiter Doctores & idem disponit lex. 8. in fin. tit. fin. 6. par. Confirmatur, quia beneficium Velleiani competens mulieri, quando exitit fidejussor, pro alio transit ad heredes, textus est in l. heredes, C. ad Velleian. & ibi communiter Doctores. Nec obstat, quod beneficium, vel privilegium personale extinguitur cum persona, & non transit ad heredes, ut in l. quia tale ff. sol. marr. & in l. 1. in final. ff. de const. pecun. & in l. omnibus, l. 3. ff. de regul. jur. & in regula. privilegium, de reg. jur. in 6. cum sim. qui debent intelligi, quando privilegium conceditur principaliter & immediate ratione personæ: secus autem, si in ista consideratione personæ & alicujus damni vel læsionis, vel fragilitatis sexus, ut in minore, & muliere, ita tenet & declarat Cyn. & alii Doctores in d. reg. privilegium, de reg. jur. in 6. Bar. & communiter Doctores, in dicit. l. quia tale ff. sol. marrimon.

Item quæro, an beneficium restitutionis in integrum transeat contra tertium possessorum: in quo articulo resolutivè dico quod transit, quando talis tertius possessor emit, habuit, vel acquisivit ven scienter, vel quando primus emptor, vel ille qui contraxit cum minore, non est solvendo, textus est notabilis & expressus in l. in causa, l. 1. §. interdum cura l. seg. ff. de minor. & ibi notat & commendat Gloss. ordinaria Odofred. Bartolus Albericus Bald. & communiter Doctores quod tamen intelligi & declaro sic quod si minor est læsus in pretio, quia vendidit minus iusto pretio, tunc ille tertius possessor teneatur in prædictis duobus casibus: si vero minor est læsus ipso contracta & alienatione rei, quia non expediebat sibi vendere, tunc indistinctè possit agere contra tertium possessorem, modò fuerit sciens modò ignorans, & modò primus emptor vel contrahens sit solvendo, modò non; quia alias talis minor remaneret in damno & careret re sua: & iste sit verus & realis sensus per dictorum jurium, & facit tex. in leg. si ex causa, ff. de minor. tex. in l. fin. cum exceptione, §. in hac, ff. quod met. caus.

Item quæro infra quantum tempus debeat peti ista restitutio? & breviter & resolutivè dico quod infra quadriennium continuum computandum à die, quod est lapsum tempus 25. annorum, tex. est formalis & expressus, in l. fin. Cod. de tempor.

ren per. in integr. restitui. peten. & ibi Gloss. ordinaria Odofred. Petr. Cynus Albericus Bar. Bald. Paul. Salyc. & communiter Doctores idem disponit l. 8. tit. fin. sexta part. & idem est, quando competit restitutio reipublice, Ecclesie, vel majori quia debet peti infra quadriennium: sed hoc casu computatur à die contractus, vel læsionis, ista est Glossa notabilis & ordinaria in l. reipublice, Cod. quib. ex causis major. & ibi notat & commendat. Odofred. Petrus, Cynus, Jacob. Batr. Bar. Alber. Bald. Paul. & communiter Doctores; pro qua Glossa & communi opinione est hoc casus in sup. l. de in integr. restit. lib. 6. & in demostina prima, eod. tit. & idem disponit l. fin. tit. fin. 6. part. & l. 7. tit. 29. 1. part. quod intelligi & extendi, modò petatur restitutio adversus læsionem cautaram ex contracta, vel quâsi, sententia, vel acta iudiciali, modò petatur adversus læsionem causatam ex casu & temporis maximi, vel modici, text. est in d. elem. 1. de in integr. restit. & ibi communiter Doctores & per illum textum tenent etiam communiter Doctores. in d. l. fin. C. de tempor. in integr. restit. pet. ex quo dicitur & inferitur, quod licet regulariter officium iudicis nobile, & remedium ejus duret, & possit intentari infra 30. annos, ut est Glossa singularis & unica juncto tex. in l. si cui in rem. Cod. de presc. 30. vel. 40. annor. quam ad hoc reputat unicam Bald. & communiter Doctores, tamen secus est in nostro casu quando competit ad restitucionem alicujus actus, vel contractus. Adde tamen, quod licet minor restituarur adversus omnes contractus, in quibus est læsus in minori ætate, tamen non potest restitui adversus eos, quos fecit infra quadriennium post 25. annos, quia illud datur & competit ad petendam restitutionem contra ea que facit durante minori ætate, & eam potest petere infra quadriennium continuum post 25. annum, sed contra ea que de novo fecit in ipso quadriennio non potest restitui, quia cessat fundamentum læsionis & restitutionis; quod est minor: ita probat tex. singularis, & unicus in leg. doli mali excepti vers. diversim, et faciendo, ff. de novat. ubi expresse disponitur, quod non restituitur minor in actu, vel contractu facto post viginti quinque annos etiam infra tempus, infra quod possit restitui, quod de jure antiquo erat annus, & hodie est quadriennium, & ad hoc illum textum reputat singularem & unicam Bartol. ibi 2. column. n. 4. Alber. fin. column. Bald. Angel. Paulus de Caltr. & Joan. de Imol. fecit etiam textus in l. Papinianus exuli, ff. de minor. tex. in leg. 1. & per totum, C. si major factus, quod tamen facit in reputatione hereditatis paternæ, quia si filius etiam major 25. annorum eam repuliet infra quadriennium, potest infra triennium computandum post lapsum quadrienni eam revocare & adire, & speciale in hereditate paternæ, quia videtur filius quæsi ad bona propria venire; textus est singularis & unicus in l. fin. C. de repud. hære. d. & ad hoc reputat singularem, & unicam ibi Bar. Cynus, Alber. Angel. Salyc. Paul. Alexand. Jafon. & communiter Doctores & idem disponit l. fin. tit. 6. 6. part.

Item quæro, qualiter istud remedium, & beneficium restituciois in integrum proponatur, & deducatur in iudicio? & magistraliter dico quod dupliciter. Primo modo principaliter narrando & concludendo ea que sunt necessaria, & implorando iudicis officium nobile pro restitutione consequenda, ut ex prædictis patet & probat text. in l. quod si minor, §. fin. ff. de minor. Cui

verba sunt. Ex hoc dicto nulla propria actio proficitur, totum autem pendet ex pratoris cognitione, & ibi communiter Doctores. Secundo modo, incidentes per viam exceptionis, ut si quis agat ex aliquo actu, vel contractu contra minorem læsum, possit hoc remedio se defendere, illud incidenter perviam exceptionis proponendo, & arguendo tex. in l. Papinianus, §. si filius, ff. de inoff. testam. ubi querela inofficiosi testamenti potest sic proponi, & ibi notat & commendat Bar. & communiter Doctores facit etiam tex. in l. quæsi, C. de non numerat. pecunia, juncta communi sententia, ubi habetur quod exceptio non numeratæ pecuniæ potest proponi principaliter petendo se liberari à promissione mutui, & chirographum rumpi, vel cancellari, vel incidenter per viam exceptionis, si à creditore petatur mutuum proponendo exceptionem non numeratæ pecuniæ; & facit regula juris quæ habet, quod cui daturus actionem, multo fortius exceptionem, & in terminis ita tenet, & declarat Salyc. in l. fin. C. de tempor. in integr. restit. peten. fin. column. & ibi Jacob. de S. Georg. jax a quod tamen necessarium quæro, an in casu, quo minor proponit beneficium restitutionis in integrum incidenter per viam exceptionis, duret tantum quadriennium sicut si principaliter proponeret, an vero duret perpetuo? & videtur quod duret perpetuo, quia ea que sunt annalia ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum, textus in l. pure, ff. de doli exceptione cum sim. Sed contrarium est tenendum imo quod utroque casu deceat proponi infra quadriennium, quia illa regula debet intelligi, quando quis non potest jus suum proponere in iudicio agendo, sed tantum excipiendo, quia tunc potest perpetuo excipere, quia sibi non est qui imputandum: secus vero quando potest jus suum proponere in iudicio agendo intra tempus à jure limitatum, quia similiter teatur excipere infra illud: quia sibi est culpa imputanda, & in expresso istam sententiam & conclusionem probat tex. in d. l. Papinianus, §. si filius, ff. de inoff. testam. & ibi tenet, & declarat notabiliter Paul. de Caltr. & alii Doctores, idem Paul. & alii etiam Doct. in l. nam posteaquam, §. si minor, ff. de iurejur. Angel. de Perul. in l. si quis libertatem, §. nam cum quidam ff. de per hered. innoc. in e. cum dilectum, 2. col. n. 5. de ord. cogn. Abb. in e. fin. autem, de rescrip. 2. column. & ibi communiter Doctores, præcipue Fe in 4. col.

Item quæro an beneficium restitutionis in integrum competens minori competat etiam ejus fidejussori? In quo articulo breviter, & resolutivè dico, quod aliqua est exceptio realis causata respectu rei, & non personæ, ut rei judicatur, solutionis, præscriptionis, novationis, jurisjurandi, pacti de non petendo, non numeratæ pecuniæ, doli, metus, vel similis, & tunc talis exceptio competens minori principaliter obligato, competit etiam ejus fidejussori, tex. est notabilis & expressus in l. exceptiones, quæ ff. de exception. etiam generali, & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores, tex. in leg. omnes, eod. tit. tex. in l. Lex personæ, ff. de fidejussor. tex. in l. in omnibus, l. 3. ff. de reg. tex. in l. & hered. §. fin. ff. de pact. tex. in l. tam mandatori, C. de non num. pecun. Imo etiam his casibus competit invito minore, ut dictis juribus probatur, aliqua est exceptio personalis, ut beneficium restitutionis in integrum, quod provenit, & causatur tantum respectu personæ minoris, & ejus ætatis, vel ne quis convenitur ultra quam facere se possit, vel alia similis exceptio mere personalis, & illa non competit fidejussori, quia in iudicio per-

tona concessa est, tex. in d. l. exceptionem que, ff. de exception. tex. in l. in causa, la 1. ff. de minor. textus in l. 3. ff. de minor. & l. 2. C. de fidejuss. min. & hoc casu non datur fidejussori recursus contra minorem, pro quo intercessit, imò, si ageret contra eum actione mandati, restituere ut minor, ut in d. l. in causa, la 1. & 2. C. de fidejuss. & in effectu istam doctrinam & resolutionem tenet Gloss. ordinaria & communiter Doctores in d. l. in l. in l. minor. 25. ann. ff. de procur. & ibi communiter. Glossa etiam, & Doct. in l. si pupillus, ff. de arbitris, Glossa etiam, & communiter Doct. in leg. si pupillus, la 2. ff. de acqui. hered. Gloss. etiam & communiter Doctores in l. si fidejussor, ff. de re iudicata, Faber, Angel, & communiter Doctores in §. 1. in l. de excepti.

Item quæro si duo, vel plures habent rem vel causam communem, quorum unus sit minor alter major, an restitutio minori concessa pro fit majori, & reolutivè dico, quod aut res vel causa erant merè dividua, & nullo modo prodest majori, ut si haberent rem vel causam communem, & omnes pacto, vel transactione alienaverunt, vel amiserunt eam, quia restitutio minore in sua parte, non censetur alii loci restitui, tex. est in l. unica, C. si in communi eademque causa, & ibi communiter Doctores. Si verò res, vel causa individua, ut servitus, tunc restitutio concessa minori prodest majori, quia si plures habent jus servitutis in fundo a ieno, qui remisit servitutem, & unus eorum est minor, & restituitur, ejus restitutio prodest aliis majoribus, argumento tex. in l. si communem, ff. quemadmodum servit. amit. & in l. loci corporis, §. si fundus, ff. si servitus venditur, & in expreso ita tenet Gloss. ordinaria in d. l. unica, C. si in communi eademque causa, & ibi Paul, de Caltr. Sed verior, & communior opinio est in contrarium, imò quod talis restitutio tantum prodest minori, quia licet servitus sit individua, & non possit constitui pro parte, tamen in nostro casu non restituitur in minori pro parte, sed in solidum, & si alii majores velint uti servitute, obstat eis exceptio, & repellentur, argumento tex. in l. per fundum, ff. de servit. rust. prædior. in effectu, ita tenet Petrus, Cynus, Jacob, Buttig, Bartol, Alber, Bald Angel, Salycet, Jacob, de S. Georg, & communiter Doctores in d. l. unica, Cod. si in communi eademque causa.

Item quæro, an post legitimam ætatem viginti-quinque annorum possit quis ratificare quod fecit in minori ætate, ut excludatur à beneficio restitutionis. Et reolutivè dico, quod si contractus mero jure valuit, quia fuit gestus cum debita juris solemnitate, sed minor fuit læsus, & poterat restitui, ratificatio valet, & tenet, & tollit beneficium restitutionis in integrum, quod sibi compererat, & confirmat contractum, pro ut ex tunc, tex. est qui sic debet intelligi in leg. prima & secunda, Codic. si major factus ratum habuerit, & ibi Gloss. ordinaria & communiter Doctores. Si verò contractus ipso jure non valuit, quia non intervenit decretum in casu, quo requirebatur ratificatio etiam valet, & confirmat contractum, & tollit beneficium competens ratione minoris ætatis, non tamen tollit beneficium, vel jus comperens majoribus, ut remedium legis secundæ Codic. de rescindenda venditione. vel aliud simile, textus est qui sic debet intelligi in l. secunda, c. si major factus alienationem factam sine decreto ratam habuerit, & ibi Glossa ordinaria, & ibi communiter Doctores. Item adde, quod hoc casu si

post legitimam ætatem non ratificavit expresse, sufficit tacite per lapsum quinque annorum, quando contractus fuit onerosus vel per decem, quando contractus fuit lucrativus inter presentes, vel per viginti inter absentes, textus est singularis, & unicus in leg. fin. ejusdem iuris, quem ibi ad hoc reputat singularem Bar. & reputat unicum Bald, & Salyc.

Item quæro, an minor possit impetrare veniam ætatis, & amittere beneficia à jure concessa minoribus, & breviter dico, quod si masculus sit 20. annorum, & femina 18. & probet se habilem ad administrationem gerendam, potest impetrare à solum Principe veniam ætatis, & virtus, & effectus est, ut possit bona sua per se exercere & gubernare tanquam major, & eximitur à protectione curatoris si habeat, & similiter amittit beneficium restitutionis in integrum super contractibus postea per eum gestis, non illi qui cum eis contrahunt, principali auctoritate circumscripti esse videantur, bona tamen immobilia non poterit alienare sine decreto, & si cum segero alienet, potest restitui: tex. in l. 1. 2. & 3. C. de his qui veniam ætatis impetraverunt, & ibi Gloss. ordinaria Azo in summa, Odofred, & communiter Doctores, & ita communiter ponitur in concessionibus veniæ ætatis quas in isto regno concedit Princeps. Advertendum tamen quod textus in d. l. 1. requirit, quod talis minor post impetratam veniam ætatis eam præsentet coram iudice ordinario, & probet se majorem 20. annorum, & similiter esse idoneum ad administranda & gubernanda bona sua, & ita tenet & declarat ibi Gloss. ordinaria, & communiter Doctores. sed illud intelligo, quando coram Principe ante veniam concessam hoc non fit: secus verò, si fiat prius coram Principe, quia à fortiori illud sufficeret, & ita prædicatur. Item adde, quod requiritur, quod prædictus minor impetrans veniam ætatis ostendat & præsentet coram iudice privilegium & gratiam Principis, & iudex concedat, & decernat administrationem, ita probat tex. in l. ea quæ, C. de tempor. in integ. restit. pen. & ibi communis opinio. Unum tamen est, quod alicui resignatus aliquod legatum, vel fideicommissum in ultima voluntate, vel promittatur aliquod debitum in tempus legitime ætatis, non debetur sibi, nec potest petere, donec sit perfectæ, & naturalis ætatis 25. annorum, nec sufficit sibi impetrasse veniam ætatis, quia in dubio illa dispositio testatoris, vel contrahentis debet intelligi, & referri ad legitimam, perfectam, & naturalem ætatem 25. annorum, textus est notabilis in l. final. Codic. de his qui ven. ætatis impetr. & ibi notat & commendat Gloss. ordinaria & communiter Doctores, & idem est quando tale legatum, vel debitum est relictum, vel promissum in tempus quo quis possit res suas gubernare, & administrare, quia intelligitur de tempore legitimo 25. annorum; textus est singularis in jure in l. fin. ff. de condit. & demonstrat. & ibi Glossa ordinaria, & communiter Doctores.

Item quæro, an, & quando in alienatione rerum minoris requiratur decretum In quo articulo magistraliter, & reolutivè dico, quod in alienatione rerum immobilium semper requiritur decretum, licentia, & auctoritas iudicis, quod debet præcedere, & interponi ex justa causa, puta ætis alieni, alimentorum, vel ex si nlli causa, & debet legitime probari, & in actis per tabellionem redigi, & non sufficit ejas simplex assertio, alias

aliis non valet contractus, sed est ipso jure nullus, & potest res venditari à quolibet possessore, ac si nullus contractus, vel alienatio præcellisset, textus est capitalis, & expressus in l. 1. & per totum ff. de rebus eorum, tex. in leg. 2. versio 1. ff. de officio ejus cui est mand. juris d. tex. in leg. 3. §. severius de suspect. tutor. tex. in l. 1. & per totum, C. de prædictis minorum, tex. in l. lex que tutores, C. de administr. tutor. ter. in l. 1. & per totum, Cod. quando decreto opus non est, tex. in l. 3. C. de his qui veniam ætatis impetrar. tex. in l. 2. C. de curat. furios. & idem disponit lex. 18. tit. 16. part. 5. lex 90. tit. 18. 3. part. & idem est in alienatione rerum mobilium, quæ servando servari possunt, ut auri, argenti, gemme, servi, vel alterius rei pretiosæ: alia autem res quæ servari non possunt, bene possunt alienari, tex. est in l. lex. que tutor C. de administr. tutor. & ibi Gloss. ordinaria, & communiter Doctores; & adde, quod ille dicitur res quæ servando servari non possunt, quæ non possunt durare utrumque, Gloss. est singularis, & unica in l. una, c. si auctoris usucapionem. in gloss. magni, in medio, & ibi notat & commendat Angel, & alii Doctores, & reputat unicam Angel. in d. leg. lex que tutor C. de administr. tutor. Idem Angel. in l. 1. §. si quis questum, ff. de Trebell. & ibi Moderni, Alexand. in l. procuratorem, C. de procurat. quod primo extendit, ut procedat & habeat locum etiam pater sit tutor, vel curator filii emancipati, vel legitimus administrator filii existentis in potestate, licet hoc casu iudex debet esse promior ad licentiam concedendam, tex. est in l. si pupillorum §. si pater ff. de rebus eorum. & ibi notat & commendat Bar. Alberic. & communiter Doctores in l. cum emancipatis, C. de præd. minor. & ibi Baldus Salyc. & alii Doctores. ex quibus videtur reprobandum dictum unicum, & singulare Azon in summa C. de bonis que lib. 2. eolum in medio, ubi dicit, quod a pater legitimus administrator filii potest bona ejus alienare sine decreto, & illud dictum reputat unicum, non alibi Roman. in l. singularia ff. si cert. pet. c. eolum, num. 15. & ibi Jason c. eolum n. 14. Arct. in l. fin. §. pupillus, infra isto tit. eolum. 2. Tab. de Mont. in l. empt. & vend. vers. sequitur videtur, 1. eolum. in fin. & illud dictum Azon sequitur Bald. in l. ff. de rebus eorum, & ibi Cuman. idem Bald. in l. si pupillus, §. si pater, eod. tit. idem Bald. in l. fin. autem, C. de bon. que liber. fin. eolum, & alii Doctores, idem Bald. in l. præses, C. de transact. & ibi Alexand. Jason. Jacob. de S. Georg. & Lancelot. qui dicit hanc esse communem opinionem licet ibi expresse reprobat Salyc. & tenende dictum Azon, & communem opinionem ad jura contraria superius adducta, debet responderi, quod loquitur in patre tutore vel curatore filii emancipati: secus verò, in in patre legitimo administratore filii in potestate, cui major potestas, & licentia videtur à jure concessa, & confirmatur, quia pater legitimus administrator non tenetur facere inventarium bonorum filii, nec eneter redlere rationem, sed quando est tutor vel curator filii emancipati sic, tex. est in l. cum oportet, §. non autem, c. de bonis que lib. & ibi communiter Doctores textus in l. licet, c. ad legem Falcidiam, & ibi Doctores, tex. in leg. si superstiti, c. de dolo, & ibi etiam communiter Doctores, & ista opinio est tenenda: licet in puncto juris contraria videtur verior: quam bene fundat Jaso. in l. præses, C. de transact. 2. col. Secundo principaliter extendit, etiam si minor non sit dominus, sed quasi dominus, quia emit rem à non domino, & habet Publicianam, tex. in l. magis puto, §. si

pupillus, ff. de rebus eorum, ibi notat & commendat Gloss. ordinaria, Bar. Alberic. & communiter Doctores, & illum textum ad hoc reputat singularem Aretin. in leg. 1. §. si vir uxoris, ff. de acquirend. possess. 2. co. in fine.

Tertio extendit, ut procedat etiam, si minor non alienet de patrimonio, sed remittat, vel renunciet, & delinat acquirere aliquam rem immobilem, in qua est sibi quæsitum dominium ipso jure, ut legatum, & fideicommissum sibi relictum, tex. bene notandus in leg. magis puto, §. fundum, ff. de rebus eorum, & ibi notat, & commendat Glossa ordinaria, Bar. Alberic. Baldus & communiter Doctores, & reputat singularem Cuman. notat etiam, & commendat Paul. de Caltr. in l. legatum la 1. ff. de legat. & ibi Moderni, Cynus in leg. si tibi, & tibi, 1. column. eod. tit. in l. in cap. tua uxor, de his que sunt à prel. sine cons. capituli, 3. col. & ibi Canonista. Advertendum tamen quod contra illam textum facit tex. notabilis, & expressus in l. qui autem, §. 1. ff. que in fraudem creditorum, ubi habetur, quod licet debitor non possit bona sua alienare in fraudem creditorum, tamen bene potest renunciare, & repudiare hereditatem, vel legatum sibi relictum, etiam in fraudem creditorum, quia illa non dicitur alienatio, probat etiam tex. in leg. si sponsus §. si maritus, ff. de donation. inter virum & uxorem, ubi disponitur, quod licet maritus non possit constanter matrimonio aliquid donare uxori suæ, tamen bene potest in ejus favorem renunciare, & repudiare hereditatem, vel legatum, in qua vel quo ipsa uxor est substituta, ut ad eam perveniat, quia non dicitur ei aliquid donare. Sed omittis alius, notabiliter, respondeo, quod iuris contrarius tantum prohibetur quis alienare, & diminuire patrimonium jam quæsitum, non tamen querendum, unde si omittatur, & renunciatur, cum illud posset acquirere, cessat ratio illorum iurum: in nostro verò casu non solum prohibetur minor alienare, & diminuire patrimonium, sed etiam prohibetur omittere, renunciare, & desinere acquirere bona, ad quæ habet jus plenum, & efficax acquirendi favore minoris ætatis: unde merito non potest repudiare hereditatem, vel legatum sibi relictum, in qua, vel quo continetur res immobilis sine decreto, & ita procedat textus in d. l. leg. magis puto, §. fundum, ff. de rebus eorum, & iste est ejas verus, & realis intellectus: & in terminis ita tenet, & declarat ibi Albericus, & Cumanus in d. l. qui autem, §. 1. ff. que in fraudem creditorum. Confirmatur, quia minor non solum restituitur, quando ex aliquo actu, vel contractu est læsus, & damnum recepit, verum etiam, quando lucrum justum amittit, tex. in leg. ait Prator, §. final. ff. de minoribus, tex. in leg. non omnia, eodem tit. & ibi communiter Doctores.

* Nec his obstat tex. singulari in jure in l. Emilianum ff. de minor. ubi disponit, quod si minor omittit jus retrahendi ex pacto de retrovendendo & passus est l. bi tempus in eo deductum, vel omittit aliud jus sibi comperens de futuro, quod poterat acquirere & permittit tibi tempus citius, non dicitur læsus nec potest restitui: quia debet intelligi quando prescriptio incipit à defuncto & nihil actum est cum minore, de quo dixi in contra. emp. & ven. n. 27.

Quarto extendit, ut procedat, & habeat locum etiam quando personaliter promittit, vel se obligavit ex qualibet causa, rem immobilem alteri dare, vel tradere, vel cedat, vel remittat actionem personalem, quam habeat ad eam consequendam.

Ex quo deducitur, & inferitur, quod ejusdem juris actio personalis ad rem consequendam quod ipsamet ex tali actione debet verificari, & habere locum omnia, que sunt disposita in ipsa met re principali, textus est notabilis, & expressus in l. ad resolvendum, Codic. de pradiis minorum, & ibi notat & commendat Gloss. ordinaria, Bartol. Baldus, Salyet. & communi et Doctores, notat etiam & commendat Baldus in l. pates, Codic. de transact. & alii Doctores, probat etiam textus in leg. 2. Codic. si adversi donat. Quinto extendit, ut procedat, & habeat locum in permutatione in casu quo expediat minori fieri & permittatur alienatio; nam debet intelligi cum decreto, textus est formalis, expressus in l. non solum, Codic. de pradiis minor. & ibi communiter Doctores. Confirmatur, quia permutatio est species alienationis, & equiparatur venditioni, textus est in l. fin. Cod. de rebus alien. non alien. textus in l. 2. Cod. de rerum permitt. textus in l. sciendum, la. 1. §. penult. ff. de edilit. edit. textus in l. apud Celsum, §. si quis autem, ff. de doli except. textus in cap. nulli, de rebus alien. Ex quo subdeducitur, & inferitur, quod in divisione hereditatis, in qua continentur res immobiles, requiritur decretum, quia divisio est quadam permutatio, argumento textus in l. cum pater, §. hereditatem, el. 2. ff. de legat. 2. cum similibus; & in expresso isto fundamento, & ratione ita tenet Baldus in leg. generaliter, C. de secund. nupt. 2. column. in fin. & ibi alii Doctores. Sexto extendit, ut procedat, & habeat locum, etiam in hypotheca, quia non potest constitui in re immobili sine decreto, textus est in l. si pupillorum, §. 1. ff. de rebus eorum, text. in l. & si pates, C. de pradiis minor. Septimo extendit, ut procedat, & habeat locum etiam in emphyteusi perpetua, vel temporali constitutione, usufructus, vel alterius cujuscumque servitutis realis; textus est in l. sed si pecunia, in §. fin. ff. de rebus eorum, textus in l. fin. Cod. de rebus alien. Octavo extendit, ut procedat, & habeat locum in transactione, quia non valet super re immobili sine decreto, text. est in l. non solum, C. de pradiis minor. & ibi communiter Doctores, textus in l. cum hi, §. transactioes ff. de transact. & ibi Paul. & alii Doctores, tenet etiam Glossa ordinaria. Bald. & communiter Doctores in l. 1. & 2. c. si adversi. trans. Jason ad quem re remitto in leg. 2. ff. de offic. ejus cui est mand. jurisdiction.

16 Ex quo subdeducitur, & inferitur, quod non potest fieri compromissum à minore super re immobili sine decreto, quia est quædam transactio, ut in l. non distinguemus, §. Julianus, ff. de arbitr. & ibi Bart. & communiter Doct. & in terminis ita tenet Bald. in l. 1. c. si adversi transact. 2. column. numer. 3. quod tamen intellige, quando virtute transactionis minor traderet alteri rem immobilem, secus verò si ipse retineret, data pecunia adversario, quia valet sine decreto, ista est Gloss. singularis in l. nulli, ff. de transact. quam ibi ad hoc summè notat & commendat Bart. & communiter Doctores. & Jacin l. 2. ff. de offic. ejus cui est mand. jurisdic. Nonò extendit, ut procedat & habeat locum in confessione judiciali, quia si adultus conventus rei vindicatione super re immobili constitatur iudicio cum auctoritate curatoris rem esse adversarii, non valet, quia esset quadam alienatio rei immobilis, & sequeretur, quod prohibita una via, concederetur alia, & in expresso isto fundamento & ratione ita tenet Bald. in c. fin. de confess. 2. col. Sed salva ejus ipse ego teneo contrarium imò, quod talis confessio

valeat, & teneat, & inducat plenam probationem, & debeat condemnari, ut restituat rem adversario, quia cum adultus sit capax juramenti Judicialis, vel extrajudicialis, ut in authent. sacramenta puberum, C. si adversi. vend. & in cap. 1. & per totum, de jurejur. sequitur quod debet esse capax eorum que ab eo dependunt, & per consequens valebit confessio, & sibi præjudicat.

Item quero, an pater; vel testator possit dare licentiam filio, vel heredi minori ad alienandum bona immobilia sine decreto; & breviter, & resolutivè dico quod sic, text. est in l. 1. ff. de rebus eorum, text. in l. magis puto §. si fundus, eod. titol. text. in l. tutelam, C. de administr. tutor. text. in l. 1. C. quando decret. opus est; & in tantum hoc est verum, ut procedat etiam si testamentum, vel codicillum, in quo talis licentia continetur sit inutilis, & minus solennis; text. est singularis, & unicus in jure in leg. fin. C. de reb. alien. & ibi notat & commendat Bart. Bald. & communiter DD. & reputat singularem, & unicum Alber. Ex quo nota, & collige regulariter, & genericè, quod ex inutili, & invalido testamento probatur voluntas defuncti, & ad hoc etiam notat & commendat Doct. ibi, & Jac. qui bene loquitur in l. 2. ff. de offic. ejus cui est mand. jurisdic. probat etiam text. in l. qui à patre, ff. de confirmando tutor, ubi habetur, quod tutor datus à patre in testamento invalido confirmatur, & non tenetur satisficere, sicut si esset datus in solenni testamento, & ad hoc notat & commendat ibi Bartol. & communiter Doctores.

17 Item quero, si minor habet domicilium in uno loco, ratione originis, & in alio ratione habitationis, & in alio in quo nullum habet domicilium, res est lita, & expediat ei vendere, cujus iudex interponet decretum; & breviter, & resolutivè dico, quod quilibet eorum potest illud interponere, textus est singularis & unicus in l. magis puto, §. illud queri ff. de rebus eorum, quem ad hoc reputat singularem, & unicum Dynus, Alber. Bald. & Cuman. ibi. Cujus ratio est, quia iudex originis, & habitationis illud interponit ratione jurisdictionis personæ minoris, que extenditur ad aliud territorium iudex eorum loci in quo res est sita ratione ipsius rei, quam habet in suo territorio, & jurisdictione, & illud ultimum probat etiam text. in leg. si prædium, Cod. de pradiis minor. & ibi communiter Doctores. Ex quibus inferitur, quod eo casu, quo tractatur de dando tutore alicui minori, debet dari in loco originis, & non in loco ubi habet patrimonium, & bona sua, quia talis tutor danatur principaliter personæ, & virtus & effectus tutelæ extenditur ad alia loca, argumento text. in l. 1. ff. de tutel. text. in l. quia persona ff. de tutor. & curat. d. ab his text. in l. 1. c. ubi petant. & tenet & declarat Azo, Dyn. Bart. Alber. Cyn. Pert. Bald. Ang. Saly. & communiter DD. in l. 1. c. ubi petant, tutor. Si verò ageretur de dando curatore, quilibet iudex prædictorum locorum possit dare, quia principaliter datur rebus, & non personæ; ita Bart. & communiter Doctores, in l. pupillo, ff. de tutor. & curat. d. ab his, Bald. & communiter alii DD. & in d. l. Cod. ubi petant, tutor. Si verò agatur de dando curatore in litem minori, tunc dico, quod si minor simpliciter, & generaliter petit curatorem ad lites, vel causas movendas, debet dari à iudice loci in quo habet domicilium ratione originis, vel habitationis text. est qui sic debet intelligi in l. 1. & per totum, Cod. de in litem dando tutore, vel curatore: si verò minor petit curatorem specialiter ad certam litem, vel causam

constantem jam moram, debet dari à iudice, coram quo vertitur illa lites, vel causa, textus est singularis, & unicus qui sic debet intelligi in l. sancimus, la. 2. §. 1. C. de anniversar. tutor. quem ibi ad hoc notat & commendat Bartol. & Doctores antiqui, & reputat singularem, & unicum Salyet. & istam doctrinam & resolutionem ponit expressè, & notabiliter Alberic. in Rubrica, C. de in litem dando tutore vel curatore.

18 Item principaliter quero, si minor fecit contractum onerosum, vel lucrativum, & juravit, an talis contractus valeat, & teneat, & firmetur juramento sine spe, & remedio restitutionis; In quo notabili, & quotidiano articulo resolutivè dico, quod si minor est pubes masculus 14. annorum, & femina 12. annorum, talis contractus valet, & tenet & firmitur juramento, licet sit læsus, non competet ei restitutio, text. est capitalis, & expressus in authent. sacramenta puberum, C. si adversi vendit & ibi Gloss. ordinaria, Azo. in summa, Olofred. Pert. Jacob. Cyn. Bart. Alber. Bal. Ang. Paul. Salyet. Jac. Jacob. de Sanct. Geor. Corn. & Franc. Curtius, text. Frederici, unde illa sumitur, in cap. 1. §. item sacramenta, de pace tenenda, & juramento firmanda, in usibus feudorum, & idem disponit lex 6. sit. final. 6. part. & facit Cynus in dicta authentica, quod illa dispositio fuit valde periculosa, tam minoribus, quam secum contrahentibus, quia faciliter exaurit patrimonium minorum, & onerat conscientiam secum contrahentium, qui multotiens inducunt minores ad jurandum, ut excludantur à beneficio restitutionis; quod primò extendit, ut procedat, & habeat locum etiam in proximo pubertati, quia ille talis habet jam intellectum, & potest delinquere: ergo obligat ur juramento, ita Bartol. in dicta authent. sacramenta puberum, 1. column. n. 9. & ibi magis communiter Doctores tenet etiam Joann. Andreas in c. cum contingat, de jurejur. 1. col. & ibi magis communiter Canonista, Archid. & alii Doctores in c. quamvis partum, de pactis in 6. Sed certe licet ista sit communis opinio, & ab ea non sit recedendum in judicando & consulendo, tamen in puncto juris est falsa, quia requiritur pro forma, quod talis minor sit pubes factus item etiam quia est valde odiosa & valde præjudicialis ipsius minoribus; nec obstat ratio in contrarium adducta, quia licet minor proximus pubertati obligetur ex delicto, non tamen in totum ut teneatur pena ordinaria, sicut majores, sed punitur poena levi extraordinaria, secundum qualitatem, & diversitatem status, & personæ, ut magistratitex dixi in materia delictorum, tamen in nostro casu, quando minor jurat super contractu, in totum teneatur, & obligatur, sicut major, & non sit aliqua diminutio, vel remissio obligationis, nec iudex potest arbitrari, & moderari in sententia, vel condemnatione, sicut in delictis, & causis criminalibus, & idem prædicta jura expressè pro forma requiritur, quod minor ad hoc ut obligetur juramento, sit pubes factus, & illud præcisè esset servandum tanquam forma, & sollemnitas dispositionis, & istud teneo pro firma veritate in puncto juris, & certe licet non sic fundentur nec declaretur hanc opinionem tenet Olofred. in dicta authent. sacramenta puberum, 2. column. & ibi Cynus 3. column. Alberic. 3. column. versio quid impubere Secundo extendit, modò ponatur juramentum in ipso contractu, modò ante contractum, ita probat text. in dicta authent. sacramenta puberum, & ibi tenet Gloss. ordinaria, Bartol. & potest fieri absente parte, quia est actus

qui pendet ab animo, & voluntate solius juratoris argumento text. cum materia in l. Pomponius scribit, ff. de negot. gest. & tenet, & declarat Bartol. in dict. authent. 1. column. 12. Tertio extendit etiam, si talis contractus sit ipso jure nullus, quia factus sine tutore, vel curatore, ita tenet ibi Bart. 1. & 2. column. Cynus 4. column. Jason & Modern. & est communis opinio Gloss. in d. cap. 1. §. item sacramenta, de pace tenenda, & juramento firmanda. Quarto extendit etiam, si fiat contractus super re immobili sine decreto: ita tenet Gloss. ordinaria in dict. authent. sacramenta puberum, in gloss. 3. & ibi Azo in summa, Olofred. Bart. Bald. Gloss. ordinaria in l. 1. ejusdem tituli, Gloss. ordinaria in dict. cap. 1. §. item sacramenta, Rosfred. in libell. suis in Rubric. constitutio imperatoris Frederici, 8. col. Quinto extendit etiam, si talis minor non sit certioratus de beneficio restitutionis sibi competentis, quia juramentum adhibitum, & interpositum super aliquo facto, vel negotio, extenditur ad omne illud quod ab eo dependet, argumento text. in l. si duo, §. si quis juraverit, ff. de jurejurand. text. in l. sub pretextu, Cod. de transactio. text. in c. ex rescript. de jurejur. ita tenet Baro in dict. authent. sacramenta puberum, 2. col. num. 16. & ibi Olofred. fin. col. & quest. Paul. de Galfr. fin. col. & quest. Jafaz. col. num. 54. qui dicit hanc esse communem opinionem idem Bart. in l. sciendum, infra istos tit. 3. col. num. 8. & ibi Angel. & alii DD. idem Bart. in l. si duo patroni, §. idem Julianus, ff. de jurejur. Bald. in l. 1. Cod. de rebus creditis fin. col. & quest. Joan. And. Archid. & communiter Canon. in cap. 2. de pact. in 6. Sexto extendit, ut probat, & habeat locum etiam in remissione, & liberatione, quando minor liberet tutorem, curatorem, vel alium debitorem à debito, vel obligatione, Gloss. est singularis & unica in jure, in l. 3. §. 1. ff. de contraria & utilis actione tutela, & ibi notat & commendat Dynus, Bartol. Alber. Bald. in d. authent. sacramenta puberum, & illam Gloss. ad hoc reputat singularem, & unicum Bald. in Rubric. extra de jure, nr. Jaf. in l. si unus, §. partus ne pereret, ff. de pact. 9. col. Joan de Imol. in l. Pomponius, §. si si qui precario, ff. de acquir. possess. & similis Gloss. est in d. cap. 1. §. item sacramenta, in gl. 2. & ibi Doct. & facit bene text. in c. 2. de pact. in 6. Septimo extendit, modò minor jurat per se, modò constituat procuratorem ad contrahendum & jurandum pro eodem, tamen fuit speciale mandatum ita Gloss. ordinaria in d. c. 1. §. item sacramenta. Octavo extendit, ut procedat, & habeat locum etiam in iudicis, quia in eis quasi contrahitur, ita Gloss. ordinaria in d. authent. sacramenta puberum, & ibi communiter Doctores. Quarto tamen præ perfecta declaratione materie, an talis contractus juratus, & ejus virtus, & effectus transeat ad heredes tam acti, vel quam passivi; & breviter, & resolutivè dico quod sic, quia juramentum in eo interpositum confirmat ipsum contractum, & sicut contractus de sua natura est perpetuus, & transitorius ad heredes, ut in l. si patrum, ff. de probat. cum similibus, ita virtus & effectus juramenti in eo interpositi, & per consequens transit ad heredes, & contra heredes; & licet juramentum & vinculum ejus sit mere personale, ut in cap. veritatis, de jurejur. & ibi notant & commendat Innoc. & communiter alii Doctores, tamen illud procedit & debet intelligi, quoad vinculum juramenti, & perjurium, quia in ipse principaliter contrahens contraveniat, erat perjurus, tamen ejus heres licet contraveniat, non erat perjurus, sed contractus bene remanet firmus, & validus, & ita debet

debet intelligi textus in *dicitur ante n. sacramenta puerum*, & omnia jura Canonica, & civilia loquentia de actu vel contractu in quo interponitur juramentum & ejus firmitate, & validitate, & in expresso istam sententiam & conclusionem tenet Bart. in *l. si quis pro co. ff. de fideiuss. 3. colum. in fin. & ibi Paul. de Caitr. col. n. 5. Bald. in ant. sacramenta puerum, C. si adversus vendit. fin. col. & ibi Paul. de Caitr. 2. colum. n. 5. Salvo pen. n. 26. Corn. in reper. l. illius autem. 40. col. n. 10. Bald. in *l. fin. C. de pact. 4. col. n. 16. idem Bald. in l. si quis, §. illud. C. de inoff. testam. Saly. notabiliter in *l. pactum quod dotali, C. de pact. fin. col. & quæst. Angel. de Perus. in l. qui superstitis, ff. de acquir. hered. & ibi notabiliter Joan. de Imol. fin. col. Roman. fin. col. n. 9. Cuman. 2. colum. Bald. singulariter, & melius quam alibi, in reper. l. 2. de jurejur. 17. e. colum. vers. sed nunquid mortuo jurante &c. Ant. in cap. cum contingat, de jurejur. 1. col. & ibi notanter Abb. 6. col. n. 18 & ibi etiam plene Joan. de Imol. 6. colum. 3. Domin. in cap. quamvis pactum, de pact. in 6. 2. colum. & ibi alii Doctores, idem Dominicus in cap. licet mulieris, de jurejur. eod. lib. 2. col. n. 7. & ibi Anchar. 1. col. & quæst. Philipp. Franc. 1. col. & 1. nos. & est vera & communis opinio à qua non est recedendum in judicando & consulendo, licet Joan. Faber. in §. 1. Institur. quibus alien. licet vel non, fin. col. seneat contrarium, & ibi Jas. in addit. ad Christoph. fin. colum. idem Jas. in §. fin. Institur. de hered. qualit. & differ. fin. colum. idem Jas. in dicit. authent. sacramenta puerum, 8. colum. vers. sed ego.***

20.

Item quero, si minor sit lætus enormiter in actu, vel contractu, & juravit, an possit illum rescindere virtute restitutionis, vel quovis alio remedio, & videtur quod sic. Primò, quia tali casu præsumitur dolus, vel scilicet intervenit re ipsa, argumento text. cum materia, in *l. si quis cum aliter infra isto tit. & in l. 2. §. circa, ff. de dol. except. & in l. domus, S. Lucius, ff. qua in fraud. cred. sed jura Canonica, & civilia disponunt, quod contractus in quo intervenit dolus, vel metus, non firmetur juramento: ergo, &c. Secundo, quia juramentum interpositum in aliquo actu, vel contractu, habet tacitam conditionem, ut reguletur, & intelligatur secundum naturam & qualitatem ejus, quando deficit voluntas, & consensus jurantis, textus est singularis in jure in *l. fin. Cod. de non numer. pecun. & ibi communiter Doctores. & iste ejus verus sensus, & intellectus, & illud text. ad hoc reputat singularem Bald. in cap. qua in Ecclesiarum, de consue. 3. colum. & reputat unicuique Jas. in *l. qui pecuniam, si cert. pet. sed vo. untas & consensus minoris non potest considerari in tam enormi læsione, ergo non firmetur juramento, & istud est quod voluit Gloss. notabilis & ordinaria, licet non alleget illum text. in *l. 3. C. plus valere quod agitur, quam commendat Bald. in l. 1. C. de oper. lib. & reputat singularem Jason in l. nemo potest ff. de legat. 1. & in expresso istam sententiam & conclusionem, licet non sic fundatam, tenet Anton. de Butr. in cap. cum contingat, de jurejur. 7. colum. vers. quartus casus & ibi alii Doctores, Anchar. in regula accessorum de reg. jur. in 6. 3. colum. in medio. Domin. in cap. quamvis pactum, de pact. in 6. pen. colum. in fin. Alexand. in *l. stipulatio hoc modo concepta, infra isto tit. 3. colum. num. 10. Sed his non obstantibus contrarium videtur verius, quia dispositio generalis, & juramentum in ea interpositum extenditur ad omnia illa, quæ sub illa generalitate possunt comprehendi: ita probat text. in *l. sub preterito, in 2. C. de transact. & ibi no-******

91

Item quero, si minor vel ille qui juravit super aliquo actu vel contractu, possit petere relaxationem juramenti à superiore, & actum, vel contractum revocare; & breviter, & resolutivè dico quod si actus vel contractus semel remansit validus perfectus, & consummatus per juramenti interpositionem, & in authent. sacramenta puerum, Cod. si adver. vendit. & in cap. cum contingat de jurejurand. & in cap. quamvis pactum, de pactis in 6. cum similibus, absolutio, & relaxatio juramenti tantum operatur, ut contraveniens non sit perjurus, quoad effectum agendi, & sine timore perjurii possit litem movere, non tamen annullat contractum; nec tollit vires & effectus ejus, quia jam semel ex eo factus jus questum periti; quod per superiorem tolli non potest si verò actus, vel contractus est talis qui non firmatur juramento, sed solum jurans attingitur non venire contra, ratione perjurii, ut in eo qui jurat solvere usuras, vel non venire contra pactum legis committitur, quod est reprobaturum in pignoribus, tunc absolutio; vel relaxatio juramenti indistinctè proleto; & operatur ut agendo non sit perjurus. Item etiam quod possit rescindere actum, vel contractum juratum, quia semper fuit nullus, & non fuit confirmatus juramento, & in expresso istam sententiam, & resolutionem, ponit Abbas in cap. cum contingat, de jurejur. 7. colum. n. 9. repetans esse valde notabile, & perpetuè mente tenendum, & ibi Cardin. in final. colum. & quæst. idem Abbas in cap. 1. tit. 5. in fin. cum sequenti, & ibi Felin. 8. col. n. 26. Paul. de Caitr. in authent. sacramenta puerum, Cod. si adver. vendit 3. col. n. 9. & ibi Moderni, Baldus in *l. hæc veripura, ff. de condit. & demonstr. & ibi notabiliter Socinus Ang. de Perus. in l. si quis pro eo ff. de fideiuss. 2. col. n. 9. idem Angel. in cons. 160. 3. col.*

Item quero, si minor promisit aliquid, & se obligavit sine causa, & juravit, an teneatur efficaciter solvere, & an tale juramentum confirmet contractum; & breviter dico, & teneo quod non. Primò quia de jure communi talis promissio vel obligatio in effectu non valet, proposita exceptione ex eo, quod in tali promissore præsumitur error, & non consensus, & per consequens deficit fundamentum & substantia contractus & obligationis, argumento text. in *l. 2. §. circa, ff. de doli excepti. & ibi communis opinio. Secundo, quia juramentum debet continere tria essentialia, iudicium, veritatem, & iustitiam, ut in cap. & si Christus, de jurejurand. cum similibus, quæ omnia illo casu cessant, & in terminis istam sententiam, & conclusionem tenet Rosied. in libellis suis, in rubr. constitutio Friderici Imperatoris, 9. col. num. 22. Bald. in *l. 2. ff. de jurejur. 30. col. idem Baldus in rubr. C. de rerum permut. 2. col. num. 4. quod est singulare.**

Item generaliter quero, an & quando contractus nullus, & invalidus firmetur juramento? In quo notabili, & quotidiano, articulo magistraliter, & resolutivè dico sic: quod aliquando & primò contractus annullatur, quia est contra bonos mores, & tunc non firmatur juramento; ex. est in cap. non est obligatorium, de reg. jur. in 6. & ibi Gloss. ordinaria, Dynas; Bartol. in *l. si quis pro eo, ff. de fideiuss. 3. colum. & ibi alii Doctores. Bald. Paul. in *l. pacta qua contra, C. de pact. Angel. in cap. cum contingat, de jurejur. 2. colum. num. 8. & ibi Imol. 23. colum. n. 32. & communiter Canon. Confirmatur, quia juramentum non debet esse vinculum iniquitatis, text. est in cap. inter cetera, 22. quæst. 4. text. in cap. quanto, de jurejur. & ibi Doctores. Ex quo inferitur, quod quis promittat maleficiam committere, vel pecuniam, vel trem, ut fiat vel non fiat, talis promissio non valet, nec firmatur juramento text. est in *l. gener. litem, infra isto tit. text. in l. si plagii, eodem tit. text. in *l. juris gentium, §. si ob maleficiam, ff. de pact. cum similibus.****

Item inferitur, quod si quis renunciavit alteri dolum futurum, non valet remissio, nec obligatur juramento, quia invitaretur ad delinquendum: text. est in *leg. si unus, §. illud, ff. de pact. text. in *l. convenire, ff. de pact. dotali item inferitur, quod pactum de succedendo non firmatur juramento, quia inducit votum captandæ mortis, text. est in *l. fin. C. de pact. & ibi communiter Doctores.***

Item inferitur, quod donatio omnium bonorum presentium, & futurorum, non firmatur juramento, quia auferit liberam testandi facultatem. text. est cum materia in *l. stipulatio hoc modo concepta, infra isto tit. & in cap. geminæ sponsæ, & in expresso istam doctrinam, & resolutionem tenet Bar. in *dicit leg. si quis pro eo, ff. de fideiuss. eolum. 3. vers. & ibi communiter Doctores.**

Aliquando & secundo annullatur contractus favore publicæ utilitatis principaliter, & non firmatur

Item quero, si minor sit lætus enormiter in actu, vel contractu, & juravit, an possit illum rescindere virtute restitutionis, vel quovis alio remedio, & videtur quod sic. Primò, quia tali casu præsumitur dolus, vel scilicet intervenit re ipsa, argumento text. cum materia, in *l. si quis cum aliter infra isto tit. & in l. 2. §. circa, ff. de dol. except. & in l. domus, S. Lucius, ff. qua in fraud. cred. sed jura Canonica, & civilia disponunt, quod contractus in quo intervenit dolus, vel metus, non firmetur juramento: ergo, &c. Secundo, quia juramentum interpositum in aliquo actu, vel contractu, habet tacitam conditionem, ut reguletur, & intelligatur secundum naturam & qualitatem ejus, quando deficit voluntas, & consensus jurantis, textus est singularis in jure in *l. fin. Cod. de non numer. pecun. & ibi communiter Doctores. & iste ejus verus sensus, & intellectus, & illud text. ad hoc reputat singularem Bald. in cap. qua in Ecclesiarum, de consue. 3. colum. & reputat unicuique Jas. in *l. qui pecuniam, si cert. pet. sed vo. untas & consensus minoris non potest considerari in tam enormi læsione, ergo non firmetur juramento, & istud est quod voluit Gloss. notabilis & ordinaria, licet non alleget illum text. in *l. 3. C. plus valere quod agitur, quam commendat Bald. in l. 1. C. de oper. lib. & reputat singularem Jason in l. nemo potest ff. de legat. 1. & in expresso istam sententiam & conclusionem, licet non sic fundatam, tenet Anton. de Butr. in cap. cum contingat, de jurejur. 7. colum. vers. quartus casus & ibi alii Doctores, Anchar. in regula accessorum de reg. jur. in 6. 3. colum. in medio. Domin. in cap. quamvis pactum, de pact. in 6. pen. colum. in fin. Alexand. in *l. stipulatio hoc modo concepta, infra isto tit. 3. colum. num. 10. Sed his non obstantibus contrarium videtur verius, quia dispositio generalis, & juramentum in ea interpositum extenditur ad omnia illa, quæ sub illa generalitate possunt comprehendi: ita probat text. in *l. sub preterito, in 2. C. de transact. & ibi no-******

Ex quibus notabiliter infero, quod si filius, vel filia, renunciavit cum juramento future successioni paternæ, vel maternæ aliquo pretio sibi dato, vel promissio, & sit deceptus ultra dimidium justi pretii, quia opulentiam hereditatem pro modo dimisit, potest agere remedi legis 2. C. de rescind. modò talis filius vel filia sit major, modò minor, quia de jure talis renunciatio future successioni non valebat, ut in *l. pactum, dotali, C. de pact. & in *l. pactum, quod dotali, C. de collat. cum similibus, tamen hodie valet cum juramento, ut in *l. quamvis pactum, de pactis in 6. & tale juramentum principaliter interponitur ad validitatem actus, qui per se erat invalidus de jure: quia fiebat super hereditate, & de jure de futuro, & intentio juris, & partis est confirmare actum vel contractum juramento respectu prædictæ cause & invaliditatis, non verò alia ratione: ergo si ultra hoc interveniat deceptio ultra dimidium justum pretii, bene poterit agere remedi prædicta *l. 2. Cod. de rescind. vend. quia virtus juramenti non extenditur ad illud per supradicta.****

Secundo infero, quod si mulier vendat fundum talem cum juramento, & sit decepta ultra dimidium justum pretii, potest agere remedi prædictæ *l. 2. C. de rescind. vend. quia juramentum ad ea interpositum tantum operatur validitatem contractus super dotali, quia aliàs erat de jure invalidatus, per votum tit. ff. de fundo dotali.*

Tertio infero, quod in prædictis casibus conditionatur in juramento, quod non possit quis venire contra actum, vel contractum, etiam ratione enormissimæ læsionis, vel alia quavis causa, non poterit annullari, vel rescindi contractus remedio *d. l. 1. C. de rescind. vend. nec alio quovis remedio; & ideo contrahentes, & tabelliones in hoc habent esse cauti, ut secundum eorum intentionem verba ponantur.*

Quarto infero, quod si actus vel contractus minorum, vel renunciantis, vel mulieris conjugatæ, vel alterius persone fiat ex causa lucretia donationis cum juramento, indistinctè non poterit rescindi.

Item etiam, quis sit competens iudex super actu vel contractu in quo est interpositum juramentum, an iudex, laicus, vel Ecclesiasticus? & breviter & resolutivè dico, quod uterque est iudex competens, & potest cognoscere de causa, quia virtus juramenti causa est mixti fori, text. est formalis, & expressus in cap. fin. de foro comper. & ibi Gloss. ordinaria, & communiter Doctores, quod intellige vivente eo qui juravit: sed ex verò eo mortuo, quia tunc licet virtus juramenti confirmativa contractus transeat ad hæredes, tamen vinculum juramenti quod per jurium est merè personale, & non transit ad hæredes, & per consequens hæres ipsius jurantis non potest conveniri coram iudice Ecclesiastico. Ita tenent & declarant communiter Doct. in *dicit. c. fin. de foro comper. idem Abb. in eum sit generale, de foro comper. S. colum. n. 21. & 22. Et ex hac causa leg. 3. regales prohibent juramentum interponi à partibus super contractibus, ne causa & lites trahantur ad forum Ecclesiasticum, & diminuantur iurisdictioni seculari, ut in *l. 6. tit. 1. lib. 2. ordinamenti, & si quæras an talis lex, & dispositio potuit fieri à nostris Regibus, vel alijs dominis temporalibus, cum videatur tendere contra libertatem Ecclesiasticam? vide Abatem, & Doctores. in cap. si diligenti, de foro comper. & in cap. cum contingat de jurejur. num. 38. Bald. & communiter Doctores. in *leg. juris gentium, §. si pacificus, ff. de pact. Gloss. & communiter Doctores in *leg. adige, vers. fin. ff. de jurejurand. Bald. & alii Doctores. in authent. causa & irrita, Cod. de sacrosanct. Ecclesiastic. Bartol. & Moderni in authent. sacramenta puerum, C. si adver. vend. & posteo, quod valet, debet intelligi****